# ADVERSVS QVORVMDAM EXPOSTVLATIONES CONTRA NONNVLLAS IESVITARVM OPINIONES MORALES.

*AVCTORE*

AMADÆO GVIMENIO LOMA-
renſi, olim Primario Sacræ Theologiæ
Profeſſore.

*OPVSCVLVM*

*Singularis vniuerſæ fere Theologiæ Moralis complectens,
cum Indice quæſtionum locupletiſſimo.*

AD TRACTATVS

De Peccatis.
De Opinione probabili.
De Fide.
De Charitate.
De Iuſtitia, & Iure.
De Horis Canonicis.
De Sacrificio Miſſæ.
De Ieiunio.
De Simonia.
De Vſuris.
De Baptiſmo.
De Pœnitentia.
De Euchariſtia.
De Matrimonio.
De Cenſuris.

BIBLIOTECA PROVINCIAL MURCIA

QVARTA EDITIO LOCVPLETIOR.

CVM PRIVILEGIO.

Matriti: Typis *Ioſeph Fernandez à Buendia*,
Anno M.DC.LXIV.

# PRÆFATIO DEDICATORIA AD LECTOREM.

CONtra Societatis Ieſu Scriptores in dies
augetur invidia, crudelitas invaleſcit,
& ac victoria ſibi blanditur, licet per la-
tus hoſtile in ſuamet ferrum viſcera con-
vertat. Anonymus (neſcio quis) contra
moralē Ieſuitarum doctrinam annis elap-
ſis famoſum libellum quamplurimis pro
bris, & contumelijs contextum per Ger
maniam ſparſit; eorum, vel vt potius di-
cam, vnius, vel alterius Ieſuitæ opiniones, improbabilitatis,
ſcandali, temeritatis, & erroris nota denigrantem. Memini,
dum eum legerem, epiſtolæ Div. Hieronymi ad Auguſtinum,
(Epiſt. 14. tom. 2. epiſt. Aug.) expoſtulantis de libro illius per
Italiam ſparſo, in quo taxabatur locus à D Hieronymo non re-
ctè expoſitus in epiſtola ad Galatas. Vbi ad Auguſtinum, ſic Hie-
ronymus ſcribit. [ *Nonnulli familiares mei, quorum Hieroſolymis,
& in Sanctis locis permagna copia eſt, ſuggerebant, non ſimplici à te
animo factum, ſed laudem, atque rumuſculos, & gloriam populi requi-
rente: vt de nobis creſceres, & multi agnoſcerent, te provocare, me ti-
mere; te ſcribere vt doctum, me tacere vt imperitum. Et tandem in-
veniſſe, qui garrulitati meæ modum imponeret. Ego autem, vt ſimpli-
citer fatear dignationi tuæ, primum idcirco reſpondere nolui, quia tuã
liquido epiſtolam non credebam, nec (vt vulgi de quibuſdam proverbium
eſt) litum melle gladium. Deinde illud cavebam, ne Epiſcopo commu-
nionis meæ viderer procaciter reſpondere, & aliqua in reprehendentis
epiſtola reprehendere. Præſertim cum quædam in illa hæretica iudica-
rem.* ] Hucuſque Hieronymus. Cuius reſumens verba, ſimpli-
citer fateor prædicto Anonymo, primum idcirco, (cum Lo-
vanii, anno 1646. evulgavit) reſpondere nolui, quia libellum
à viro Theologo elaboratum liquido non credebam, vtpote
qui opiniones non tam vnius, vel alterius Ieſuitæ, quam alio-
rum Doctorum communes, infamiæ nota aſpergeret, ipſaſque
cenſura damnaret. Deinde calamum aptare haſitaveram: tum
quia Ieſuitæ ſilentio ſpreverant, calumniſanti, vel ſic exprobran-

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI;
Ex Typis Ioſeph à Buendia,
anno M.DC.LXIV.